

**FESTA PROPRIA**  
**DICECESEOS MISNENSIS**

A SACRA RITUUM CONGREGATIONE  
REVISA ET APPROBATA DIE 7 JUNII 1951

**PARS AESTIVA**

Lizenz Nr. 480/22/52

ST. BENNO-VERLAG, G. m. b. H., Leipzig  
Satz u. Druck: F. W. Cordier, Heiligenstadt

## Misnensis

Præsens Kalendarium, iuxta Rubricas et Decreta novissima redactum, Sacra Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa XII tributarum, revisione rite peracta, recognovit ac probavit, illudque in dioecesi Misnensi adhiberi concessit: servatis de cetero Rubricis et Decretis, præsertim quoad festa Dedicacionis et Titularis Ecclesiarum nec non Patronorum cuiusque loci. Quod vero spectat ad Sanctos, vel Beatos, qui neque in Romano Martyrologio descripti sunt, neque publico cultu a Sancta Sede decreto vel ab eadem confirmato potiuntur, viget Decretum Sacræ Congregationis diei 28 Aprilis 1914, iuxta quod Eos, si in locis particularibus ex immemorabili consuetudine publico ac religioso cultu honorentur, in Kalendario servare liceat, signo aliquo seu asterisco notatos; quo ex inscriptione eorum cultus neque approbatus neque ipsi æquipollenter beati habeantur. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 7 Junii 1951.

(L. S.)

† **C. Card. Micara**, Pro-Præf.

† **Alfonsus Carinci**,

Archiep. Seleuc., Secretarius

## APPROBATIO

Concordat cum Originalibus.

Budissæ, die 26. Aprilis 1953

† Henricus  
Eps. Misnensis.

# KALENDARIUM PERPETUUM

Omnia ut in Kalendario Ecclesiæ universalis, exceptis diebus infra descriptis.

## Junius

- 5 S. Bonifatii Ep. et Mart., duplex II classis.
- 16 S. Bennonis Ep. et Conf., Patroni principalis Dioceseos, duplex I classis cum Octava com.
- 17 De Octava, semiduplex.
- 18 S. Ephræm Syri Diac., Conf. et Eccl. Doct. duplex. Com. Oct. et Ss. Marci et Marcelliani Martyrum.
- 19 S. Julianæ de Falconeriis Virg., duplex. Com. Octavæ et Ss. Gervasii et Protasii Mm.
- 20 De Octava, semiduplex. Com. S. Silverii Papæ et Mart.
- 21 S. Aloisii Gonzagæ Conf., duplex. Com. Octav.
- 22 S. Paulini Ep. et Conf., duplex. Com. Octavæ.
- 23 Octava S. Bennonis, duplex majus. Com. Vig.
- 29 S. Petri Ap., Titul. Eccl. Cathedr. Budissin. et S. Pauli Ap., duplex I classis cum Oct. comm.

## Julius

- 3 Omnium Ss. S. Romanæ Ecclesiæ Summorum Pontificum, duplex majus. Com. S. Leonis II Papæ et Conf. et Octavæ Ss. Apostolorum.
- 4 S. Udalrici Ep. et Conf., duplex Com. Oct. Ss. Apostolorum.
- 9 S. Ottonis Ep. et Conf., simplex.

- 11 S. Briccii Ep. et Conf., Patroni min. princip. Dioceseos, duplex majus. Com. S. Pii I Papæ et Martyris.
- 15 S. Henrici Imperatoris Conf., duplex majus.

### Augustus

- 5 Dedicatio S. Mariæ ad Nives, duplex majus. Com. S. Oswaldi Regis, Martyris.
- 7 S. Donati Ep. et Mart., Patroni min. princip. Dioceseos, duplex majus. Com. S. Cajetani Conf. (duplex).
- 11 Ss. Afræ et Sociarum Mm., duplex. Com. Ss. Tiburtii et Susannæ Virg. Martyrum.

# FESTA PROPRIA

## DIOECESIOS MISNENSIS

### PARS AESTIVA

Die 5 Junii  
**S. Bonifatii**

Episcopi et Martyris  
Duplex II classis

Omnia de Communi unius Martyris praeter ea, quae in Breviario hac die habentur propria.

In I Nocturno Lectiones A Miléto, de Communi unius Martyris 1 loco.

In Vesperis Com. sequentis (S. Norberti Ep. et Conf.):

Ant. Sacérdos et Póntifex, et virtútum ópifex, pastor bone in pópulo, ora pro nobis Dóminum.

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. R. Stolam glóriæ induiteum.

Oratio

**D**eus, qui beátum Norbértum, Confessórem tuum atque Pontificem, verbi tui praecónem exímium effecísti, et per eum Ecclésiám tuam nova prole fecundásti: praesta, quaesúmus; ut, ejúsdem suffragántibus méritis, quod ore simul et ópere

dócuit, te adjuvánte, exercére valeámus. Per Dóminum nostrum.

Die 16 Junii  
**S. Bennonis**

Episcopi et Confessoris,  
Patroni princ. Dioeceseos  
Duplex I classis cum Octava communi

Omnia de Communi Confessoris Pontificis praeter ea, quae hic habentur propria.

**In I Vesperis**

Antiphonae de Laudibus. 11\*  
Capit. Eccli. 44, 16-17

**E**cce sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuít Deo, et invéntus est justus: et in témpore iracúndiæ factus est reconciliátio.

Hymnus

**A**ntístitum decus chori,  
Patróné, Benno, Mísníæ,  
Quas Praesul olim réxeras,  
Has mitis oras áspice.

Et Saxonos et Sorabos  
Doces salutis semitam:

Quae mentibus nox incubat,

Hanc luce verbi disjicis.

Pastoris exemplo boni  
Lupi retundis impetus:

Simulacra vana subruis,  
Christoque templa consecras.

Non carceres, non vincula,

Non ira terret principum:  
Ut causa perstet Numinis,

Leonis instar excubas.

Te mille per miracula  
Patrem clientes sentiunt;  
Precante te fons promicat  
Vinumque fundit hydria.

Inambulantem Albis stupet,

Ad jussa ranae conticent,  
Poenas minaris impio,  
Minasque caelum comprobant.

Quam praedicant tot exterii,

Opem tuis ne denega;  
Cum subditis et Saxonos  
Semper tuere Antistites.

Supreme, Christe, Pontifex,  
Jugis tibi sit gloria

Cum Patre, cumque Spiritu

In sempiterna saecula.

Amen.

V. Amavit eum Dominus,  
et ornavit eum. R.  
Stolam gloriae induit eum.

Ad Magnif. Ant. Sacerdos  
et Pontifex, \* et virtutum  
opifex, pastor bone in populo,  
ora pro nobis Dominum.

Oratio

**D**eus, qui nos beati Bennonis Pontificis confessione gloriosa circumdas et protegis: da nobis, et ejus imitatione proficere, et intercessionem gaudere. Per Dominum.

**Ad Matutinum**

Invitat. Regem Confessorum Dominum, \* Venite, adoremus.

Ps. 94 Venite, exultemus.

Hymnus

**C**hriste, Pastorum caput  
atque Princeps,  
Praesulis festam venerata  
lucem,

Debitus supplex tua templa votis

Turba frequentat.

Ille non vano tenuit tremendam  
 Spiritu sedem, proprio  
 nec ausu:  
 Sed sacrum jussus, Domino  
 vocante  
 Sumpsit honorem.  
 Strénum bello púgilem  
 supérni  
 Chrismatis pleno tuus un-  
 xit intus  
 Spíritus cornu, posuitque  
 sanctam  
 Páscere gentem.  
 Fit gregis pastor, pater  
 atque forma:  
 Lætus impendit sua se-  
 que, servus  
 Omnium, curis gravis, om-  
 nibusque  
 Omnia factus.  
 Pro reis orat, réficit ge-  
 méntes,  
 Erigit lapsos, tenebras-  
 que pellit;  
 Fit potens verbo, docet  
 alta, et hostes  
 Arcet ovili.  
 Fac, ut illius précibus  
 juvémur,  
 Christe; fac, Patrem pa-  
 ritérque tecum

Spíritum jugi celebrémus  
 hymno  
 Omne per ævum.  
 Amen.

In I Nocturo Lectiones Fi-  
 délis sermo, de eodem Com-  
 muni 1 loco.

In II Nocturno  
 Lectio iv

**S**anctus Benno Hildési-  
 ma, Saxóniæ civitate,  
 illústri stémmate oriúndus,  
 quinquénis sancto Ber-  
 nardo, Hildesiménsi episco-  
 po, ejus consanguíneo, com-  
 mendátus, ab hoc Wígge-  
 ro, monastérii sancti Mi-  
 chaélis præposito, in Dei  
 timóre instruendus et in  
 stúdio litterarum erudién-  
 dus tráditur. Factus ado-  
 léscens, suadente episco-  
 po, vitam monásticam am-  
 pléxus, in eódem cænóbio  
 tanta morum sanctitate  
 eníruit, ut, mórtuo abbá-  
 te, monastérii gubernatió-  
 nem in se cogerétur sus-  
 cipere. At solitúdinis et  
 vitæ contemplatívæ desi-  
 dério, postquam non nisi  
 tres circiter menses in eo  
 múnere expléverat, ut il-  
 lud dénuo dimíttre sibi  
 licéret, et précibus et lá-



crimis evicit. Cum enim curis aliis liber uni Deo et orationi totus vacaret, Henricus imperator, hujus nominis tertius, in ecclesia Goslariensi, a se recens extructa, congregationem canonicorum regularium ex probatissimis et doctissimis quibusque Germanorum constituere cupiens, a Romano Pontifice Leone nono impetravit, ut Bennonem auctoritate sua ab ordine monastico evocatum, novellae huic canonicorum congregationi praeficeret, quo ceteris spiritualis vitae dux et ecclesiasticae disciplinae magister esset.

R. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: • Manus enim mea auxiliabitur ei. v. Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocēbit ei. Manus.

#### Lectio v

**A**nnis septēdecim in sacro hoc cœtu gubernādo sanctissime transactis, cum monasterium quoque Goslariense mul-

tōrum praediorum, domōrum, censuum, ac propriae, quae a parēte ei obvenerat, hereditatis accessione ditavisset, consilio beati Hannonis Coloniensis archiepiscopi, ecclesiae Misnēsi, tunc antistite suo orbatae, praefectus, ne episcopatum accipere cogeretur, omnibus, quibus potuit, modis, diu restitit; dum denique beati Hannonis, qui electionis auctor fuerat, acri objurgatione prope compulsus, illum in se susciperet. Praesensit autem vir Dei, divino sibi revelante Spiritu, quantis tribulationum fluctibus in episcopalimūnere foret exagitandus; id quod eventus haud multo post comprobavit. Imperator quippe Henricus quartus, bello adversus Saxonos excitato, sanctum episcopum officii boni Pastoris unice intentum, nihilque sinistri suspicantem invadit, Ecclesiae bona diripit, captumque carcere primum, ac dein durissimo exsilio damnat.

R. Pósuí adjutórium super poténtem, et exaltávi eléctum de plebe mea: \* Manus enim mea auxiliábitur ei. V. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. Manus.

## Lectio vi

**R**evocátus quidem póstmodum ab exsílio, et ad Ecclésiám suam redíre permíssus est; sed mox ália contra illum tempestáte concitáta, exsuláre dénuo compéllitur. Exórtito nimirum diro illo et célebri schísmate inter Románum Pontíficem Gregórium séptimum, et ipsum imperátorem, nil áliud sancto præsulí restábat, quam ut vel Dei ac ejúsdem in terris vicárii mandáta negligéret, vel Henríci iram et ódium in se concitáret. At ille extrémá quævis pérpeti pótius quam sanctíssimas leges tránsgrédi certus, itíneri se dedit, omnibúsq; Deo fámulum suum protegénte, superátis, quæ eidem in via parátæ fúe-

rant, insídiis, Romam delátus, et Ecclésiæ cápiti invícta fortitúdi-  
ne adhærens, cum pro Pontíficis auctoritáte, tum pro libertáte ecclesiástica contra imperátorem ipsum acérime depugnávit, unúsq; fere ex ómnibus Germániæ epíscopis, concílio Románo ea in causa advérsus Henrícum celebráto intérfuit et subscripsit. Tandem imperátore víribus fracto, Ecclésiæ suæ rédditus, dum eidem instaurándæ, moribúsq; reformándis indeféssam óperam impéndit; dum Slavís ab erróribus idololatríæ ad cristiánæ fídei puritátem reducéndis prædicatióne et miráculis totus incúmbit; séntiens horam vitæ postrémam sibi appropinquáre, convocátis canónicis, eósdem ad mútuam dilectiónem, quam Christus suis tantóperé commendásset, sério cohortátus, prænuntiáta, quæ futúra erat, Ecclésiæ pace ac tranquillitáte, in Dómino obdormívit, sexto Kaléndas Júlii,

anno post Christum natum millésimo centésimo sexto, pontificátus sui quadragésimo. Multis, et ante et post óbitum miraculis clarus, ab Hadriáno sexto in Sanctorum número relátus est, causam canonizatiónis urgentibus præcipuis Germániæ princípibus, et máxime Romanórum imperatóre Cárolo quinto.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtútes operátus est, et omnis terra doctrína ejus repléta est: \* Ipse intercédatur pro peccátis ómnium populórum. V. Iste est, qui contempsit vitam mundi, et pervénit ad cæléstia regna. Ipse. Glória Patri. Ipse.

In III Nocturno Homilia in Evangel. Vigiláte, quia nescitis, de eodem Communi Conf. Pont. 2 loco.

**Ad Laudes  
et per Horas**

Ant. 1 Ecce sacérdos magnus, \* qui in diébus suis plácuít Deo, et invéntus est justus.

Psalmi de Dominica.

2 Non est invéntus \* similis illi, qui conserváret legem Excélsi.

3 Ideo jurejurádo \* fecit illum Dóminus crésce-re in plebem suam.

4 Sacerdótes Dei, \* benedicite Dóminum: servi Dómini, hymnum dícite Deo, allelúja.

5 Serve bone \* et fidélis, intra in gáudium Dómini tui.

Capit. Eccli. 44, 16-17

**E**cce sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuít Deo, et invéntus est justus: et in témpore iracúndiæ factus est reconciliátio.

**Hymnus**

**C**hriste, decreto Patris institútus

Póntifex summo, tibi, qui fidéles,

Quos legis, formas pópu-  
lis regéndis

Ipse ministros.

Hunc juvat festo cele-  
bráre cantu,

Qui licet magnis méritis  
abúndans,

Flens et invítus, Duce te,  
treméndum

Sumpsit honórem.

Nóverat, quantis páteat  
períclicis

Ille, qui summos ápices  
adéptus,

Omnium curas, sibi rap-  
tus uni,

Sústinet omnes.

Fécerat fervens amor in-  
quiétum:

Quo gregis cari pia cura  
poscit,

Advolat promptus: mora  
non eúntem

Ulla retárdat.

Dux iter, vita præeúnte,  
monstrat;

Cómprobat factis sua dic-  
ta magnis;

Et domum sanctam bene  
olénte Christi

Implet odóre.

Lux erat cæco, cólumen  
labánti,

Una spes lapso, mísero  
levámen,

Próvidus cunctis pater,  
omnibúsque

Omnia factus.

Christe, pastórum bonus  
ipse Pastor,

Qui greges pascis próprio  
cruóre.

Fac, ut ætérnæ súbéant  
opíma

Pásqua vitæ. A men.

**V.** Justum dedúxit Dó-  
minus per vias rectas. **R.**  
Et osténdit illi regnum  
Dei.

Ad Bened. **Ant.** Euge,  
serve bone \* et fidélis,  
quia in pauca fuísti fidé-  
lis, supra multa te consti-  
tuam, dicit Dóminus.

#### Oratio

**D**eus, qui nos beáti Ben-  
nónis Pontíficis con-  
fessióne gloriósa circúm-  
das et prótegis: da nobis,  
et ejus imitatióne profice-  
re, et intercessióne gau-  
dére. Per Dóminum.

#### Ad Tertiam

Capit. Ecce sacérdos ma-  
gnus, ut súpra. 11\*

**R.** br. Amávit eum Dó-  
minus, \* Et ornávit eum.  
Amávit. **V.** Stolam glóriæ  
índuit eum. Et. Glória Pa-  
tri. Amávit.

**V.** Elégit eum Dóminus  
sacerdótem sibi. **R.** Ad  
sacrificándum ei hóstiam  
laudis.

**Ad Sextam**

Capit. Eccli. 44, 20 et 22

**N**on est inventus similis illi, qui conservaret legem Excelsi: ideo jurejurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam.

R. br. Elégit eum Dominus \* Sacerdotem sibi. Elégit. V Ad sacrificandum ei hostiam laudis. Sacerdotem sibi. Glória Patri. Elégit.

V. Tu es sacerdos in ætérnum. R. Secundum ordinem Melchisedech.

**Ad Nonam**

Capit. Eccli. 45, 19-20

**F**ungi sacerdotio, et habere laudem in nomine ipsius, et offerre illi incensum dignum in odorem suavitatis.

R. br. Tu es sacerdos \* In ætérnum. Tu. V. Secundum ordinem Melchisedech In ætérnum. Glória Patri Tu.

V. Justum deduxit Dominus per vias rectas. R. Et ostendit illi regnum Dei.

**In II Vesperis**

Antiphonae et Capitulum de Laudibus. 11\*

Psalmi ut in I Vesperis de Communi Apostolorum, sed loco ultimi dicitur Ps. 131 Meménto.

**Hymnus**

**A**ntistitum decus chori, Patrónæ, Benno, Mísniaæ,  
Quas Præsul olim réxeras,

Has mitis oras aspice.

Et Saxonés et Sorabos Doces salutis sémitam:  
Quæ méntibus nox incubat,

Hanc luce verbi dísjicis,

Pastóris exémplo boni Lupi retúndis ímpetus:  
Simulácula vana súbruis,  
Christóque templa cónsecras.

Non cárceres, non víncula,

Non ira terret príncipum:

Ut causa perstet Núminis,

Leónis instar éxcubas.

Te mille per mirácula Patrem cliéntes séntiunt;  
Precánte te fons prómicat  
Vinúmque fundit hýdria.

Inambulántem Albis stupet,

Ad jussa ranæ cónticent,  
Pœnas mináris ímpio.

Minásque cœlum cómprobat.

Quam prædicant tot éxteri,

Opem tuis ne dénega;  
Cum súbditis et Sáxones  
Semper tuére Antístites.

Suprême, Christe, Pón-  
tifex,

Jugis tibi sit glória  
Cum Patre, cumque Spí-  
ritu

In sempitérna saécula.

A men.

V. Justum dedúxit Dó-  
minus per vias rectas. R.  
Et osténdit illi regnum  
Dei.

Ad Magnif. Ant. Amávit  
eum Dóminus, \* et orná-  
vit eum: stolam glóriæ in-  
duit eum, et ad portas pa-  
radísi coronávit eum.

Infra Octavam et in die  
Octava Antiphone et Psalmi  
ad omnes Horas et Versus  
Nocturnorum de occurenti  
hebdomadæ die, ut in Psalte-  
rio; reliqua ut in Festo præter  
Lectiones, quæ in 1 Nocturno  
dicuntur de Scriptura occur-

renti cum suis Responsoriis  
de Tempore, in II et III sin-  
gulis diebus assignantur pro-  
priae.

Die 17 Junii  
De II die infra Octavam  
S. Bennonis  
Semiduplex  
In II Nocturno

Sermo sancti Joánnis  
Chrysóstomi

Homilia 10 in Epist. 1 ad Tim.

Lectio iv

**S**i quis episcopátum á-  
petit, non principátus ac  
dominatiónis fastu, sed pro  
cura regíminis, et caritátis  
afféctu, non improbo: bo-  
num quippe desíderat  
opus. Episcopátus enim  
ex eo dicitur, quod om-  
nes inspiciat cúnctaque  
speculétur. Opórtet ígi-  
tur episcopum irreprehen-  
sibilem esse. Hoc único  
verbo genus omne virtú-  
tum expréssit. Itaque, qui  
sibi vel levis culpæ cón-  
sciús est, male profécto  
facit eam rem áppetens,  
qua indignum se per ópe-  
ra facit. Non enim decet  
hujúsmodi régere, sed pó-  
tius regi. Eum quippe,

qui regéndos álios súscipit, tanta decet glória virtútis excéllere, ut instar solis, céteros véluti stelarum ignículos in suo fulgóre obscúret. Debet hujusmodi vitam habére immaculatam, atque compósitam, ut omnes in illum, et in ejus vitam, véluti in exéplum áliquod excéllens, intueántur.

R. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: \* Manus enim mea auxiliábitur ei. V. Nihil proficiet inimícus in eo, et fílius iniquitátis non nocébit ei. Manus.

Lectio v

**O**pórtet episcopum vigilántem esse, hoc est, claríssima mentis ácie præditum, innumerósque habéntem omni ex parte óculos, quibus acutíssime cuncta prospiciat; ut qui non tantum sui curam habet, verum étiam reliquórum. Decet esse pervigilem eum, qui ejusmodi

est, ac Spíritu vívere, et afféctus sui flammam opéribus ipsis osténdere, sollicitúdone atque indústriá præcéllere; ut die noctúque exércitum et castra perlústret, labóret, et sui officii munus diligentíssime ímpleat; atque ómnium curam et sollicitúdinem gerat. Pudícum, addit, ornátum, et hospitalitátis amatórem. Ista et in súbditis plerúmque vídeas. Verum, quóniam opórtet eum, et ea, quæ sunt rectóris, habére, idcirco subjúnxit: Aptum ad docéndum. Hoc quippe a súbditis nequáquam exígitur; céterum illi ante ómnia adesse debet, qui hujusmodi suscépit officium.

R. Pósui adjutórium super poténtem. et exaltávi eléctum de plebe mea: \* Manus enim mea auxiliábitur ei. V. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. Manus,

## Lectio vi

**I**dcirco nos elégit Deus, ut simus quasi luminária, ut véluti ferméntum evadámus, ut magístri ceterórum efficiámur, ut véluti Angeli cum homínibus versémur in terris; ut tamquam viri cum infántibus et púeris, quasi spirituáles cum animálibus, ut ex contubérnio nostro ingéntia lucra conquírant; ut sémina simus, ut fructum lætíssimum afferámus. Nihil opus esset verbis, si hunc in modum vita nostra sanctitátis luce fulgéret. Nihil magístris opus esset, si virtútis probos actus præferrémus. Nemo profécto gentílis esset, si ipsi, ut opórtet, Christiáni esse curarémus; si Dei mónitis ac scitis obtemperarémus, si injúrias perpéssi vicem non referrémus, si maledíctis lacessíti benedicerémus, si pro malis bona redderémus. Nemo esset

ita fera bélua, ut non statim ad cultum veræ religiónis accurreret, si vidéret hæc ab ómnibus fieri. Atque ut discas ita esse, unus Paulus, qui talis fuit, tot pópulos attráxit ad Dei notítiam. Si omnes essémus hujúsmodi, quot terrárum orbes et ipsi atráhere possémus?

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtútes operátus est, et omnis terra doctrína ejus repléta est:  
\* Ipse intercédát pro peccátis ómnium populórum.  
V. Iste est, qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad cæléstia regna.  
Ipse. Glória Patri. Ipse.

## In III Nocturno

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthæum

Lectio vii Cap. 24, 42-47

**I**n illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Vigiláte, quia nescítis qua hora Dóminus vester ventúrus sit. Et réliqua.



Homilía sancti Fulgéntii  
Epíscopi

Sermo de Confessoribus

**D**omínicus sermo, quem debémus omnes non solum studiósse, verum étiam sapiénter audíre, cui nos opórtet humíliter ac delectabíliter obedíre, moderatiónis suæ tenens ubíque tempérem, ut nec óvibus desint pábula, nec pastóribus aliménta: quædam speciáliter solis præcipit nobis, quædam vero generáliter et nobis et vobis. Nobis namque (idest servis, quos ille paterfamilias, rerum ómnium Dóminus, ad hoc in sua magna domo constituit, ut pópulo ejus verbum grátiae ministrémus) speciáliter injúngitur sanctæ prædicatiónis officium: generáliter vero et nobis et vobis salutáris indícitur obediéntia mandatórum.

R. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stollam glóriæ induit eum, \*

Et ad portas paradísi coronávit eum. V. Induit eum Dóminus lorícam fidei, et ornávit eum. Et.

Lectio viii

**S**ervórum ígitur, quos pópulo suo præpósuit Dóminus, speciáliter volens officium demonstráre, ait, quod ex Evangélio modo audívimus: Quis, putas, est fidélis dispensátor et prudens, quem constituit Dóminus super familiam suam, ut det illis in témpore trítici mensúram? Beátus ille servus, quem, cum vénerit Dóminus, invénerit ita faciéntem. Quis est iste Dóminus, fratres? Christus sine dúbio, qui suis discipulis ait: Vos vocátis me Magíster et Dómine, et bene dícitis: sum étenim.

R. Sint lumbi vestri præcincti, et lucérnæ ardéntes in mánibus vestris: \* Et vos símiles homínibus exspectántibus dóminum suum, quando revertá-

tur a nuptiis. V. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Et. Glória Patri. Et.

Lectio ix

**Q**uæ est étiam hujus Dómini familia? Nimirum illa est, quam ipse Dominus de manu inimici redémit, et suo dominio mancipávit. Hæc familia est sancta Cathólica Ecclesia, quæ per orbem terræ copiósá fertilitate diffúnditur, et redemptam se pretiósó sui Dómini sanguíne gloriátur. Fílius enim hóminis, sicut ipse ait, non venit ministrári, sed ministráre, et dare animam suam redemptionem pro multis. Ipse est étiam pastor bonus, qui animam suam pósuit pro óvibus suis. Grex ergo boni pastóris, ipsa est familia Redemptóris.

Te Deum laudámus.

**Commemoratio Octavæ  
S. Bennonis  
In I Vesperis**

Ant. Sacérdos et Póntifex, et virtútum ópifex, pastor bone in pópulo, ora pro nobis Dóminum.

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. R. Stulam glóriæ induit eum.

Oratio

**D**eus, qui nos beáti Bennonis Pontíficis confessione gloriósá circúmdas et prótegis: da nobis, et ejus imitatione proficere et intercessione gaudere. Per Dóminum.

**Ad Laudes**

Ant. Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constítuam, dicit Dóminus.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. R. Et osténdit illi regnum Dei.

**In II Vesperis**

Ant. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stulam glóriæ induit eum, et ad portas paradísi coronávit eum.

V. Justum deduxit Dominus per vias rectas. R. Et ostendit illi regnum Dei.

Die 18 Junii

**S. Ephraem Syri**

Diaconi, Conf. et Eccl. Doct.  
Duplex

In I Vesperis fit Com. Oct. S. Bennonis (Ant. et V. e II Vesp.) ut supra; deinde Com. Ss. Marci et Marcelliani Martyrum ut in Breviario.

Ad Laudes fit Com. Octavae Bennonis ut supra; deinde Com. Ss. Marci et Marcelliani Mm. e Breviario.

Vesperae a Cap. de sequenti (S. Juliana de Falconeriis Virg.), Com. praecedentis, Octavae S. Bennonis (Ant. et V. e II Vesp.) ut supra, et Ss. Gervasii et Protasii Martyrum e Breviario.

Die 19 Junii

**S. Julianae de Falconeriis**  
Virginis

Duplex

Ad Laudes fit Com. Octavae S. Bennonis, ut supra.

In II Vesperis fit Com. sequentis diei infra Octavam (Ant. et V. e I Vesperis) ut supra; deinde Commemoratio S. Silverii:

Ant. Iste Sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, et a verbis impiorum non timuit; fundatus enim erat supra firmam petram.

V. Gloria et honore coronasti eum, Domine. R. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Oratio

Gregem tuum, Pastor aeternae, placatus intende: et, per beatum Silverium Martyrem tuum atque Summum Pontificem, perpetua protectione custodi; quem totius Ecclesiae praestitisti esse pastorem. Per Dominum.

Die 20 Junii

**De V die infra Octavam**  
**S. Bennonis**

Semiduplex

In II Nocturno

Ex Commonitorio primo  
sancti Vincentii Lirinensis  
Presbyteri

Lectio iv Cap. 27, 28 et 32

Timothee, depositum custodi, devitans profanas vocum novitates. Quid est, Depositum custodi? Custodi, inquit, propter fures, propter inimicos; ne, dormientibus hominibus, supersument zizania super illud tritici bonum semen, quod semina-

verat Fílius hóminis in agro suo. Depósitum, inquit, custódi. Quid est. Depósitum? Id est, quod tibi crédito est, non quod a te inventum; quod accepísti, non quod excogitásti; rem, non ingénii, sed doctrínæ; non usurpationis privátæ, sed públicæ traditionis; rem ad te perductam, non a te prolátam; in qua non auctor debes esse, sed custos; non institutor, sed sectator; non ducens, sed sequens. Depósitum, inquit, custódi. Cathólicæ fidei taléntum, inviolátum, illibátum consérva. Quod tibi crédito est, hoc penes te máneat, hoc a te tradátur. Aurum accepísti, aurum redde: nolo mihi pro aliis alia subjúcias.

R. Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: \* Manus enim mea auxiliábitur ei. V. Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitátis non nocébit ei. Manus.

## Lectio v

**I**ntelligátur, te exponente, illústrius, quod antea obscúrius credebátur. Per te postéritas intelléctum gratulétur, quod ante vetústas non intelléctum venerabátur: éadem tamen, quæ didicísti, doce; ut, cum dicas nove, non dicas nova. Christi enim Ecclésia, sédula et cauta depositórum apud se dógmatum custos, nihil in his umquam permútat, nihil mínuit, nihil addit; non ámputat necessariá, non appónit supérflua; non amíttit sua, non usúrpat aliéna: sed omni indústria hoc unum studet, ut vétera fidéliter sapientérque tractádo, si qua illa sunt antíquitus informáta et inchoáta, accúret et póliat; si qua jam expréssa et enucleáta, consólidet, firmet; si qua jam confirmáta et definíta, custódiat.

R. Pósui adjutórium super poténtem, et exaltávi eléctum de plebe mea: \*

Manus enim mea auxiliábitur ei. V. Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. Manus.

Lectio vi

**S**ed ad Apóstolum red-eámus. Depósitum custódi, devítans profánas vocum novitátes, id est, dógmatum, rerum, sententiárum novitátes, quæ sunt vetustáti, quæ antiquitáti contráriæ. Quibus cunctis satis evidénte perspicuéque monstrátur, hoc apud omnes fere hæreses quasi solémne esse ac legítimum, ut semper profánis novitátibus gáudeant, antiquitátis scita fastídiant, et per oppositiónes falsi nóminis sciéntiæ a fide náufragent; contra vero, Catholicórum hoc fore próprium, depó-sita sanctórum Patrum et commíssa serváre, et dam-náre profánas novitátes; et sicut dixit, atque íterum prædíxit Apóstolus: Si quis annuntiáverit, præ-térquam quod accéptum est, anáthema sit.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtútes operátus est, et omnis terra doctrína ejus repléta est: \* Ipse intercédát pro peccátis ómnium populórum. V. Iste est, qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad cæléstia regna. Ipse. Glória Patri. Ipse.

In III Nocturno

Léctio sancti Evangélii  
secúndum Matthæum

Lectio vii Cap. 24, 42-47

**I**n illo témpore: Dixit Jesus discíplis suis: Vigilate, quia nescitis qua hora Dóminus vester ventúrus sit. Et réliqua.

Homilía sancti Joánnis  
Chrysóstomi

Homilía 78 in Matth. ante  
medium

**P**roptérea hæc dicit Dóminus discíplis, ut vígilent, ut júgiter paráti sint, quia qua non existimant hora, ventúrus est. Sollícitos ígitur facit et curiósos, ne umquam virtútem négligant. Tale quid autem est, quod dicitur: Si præscirent hómines, quando moritúri sint, dili-

géntiam suam circa illam horam osténderent. Ne ígitur in illo solúmmodo témpore, sed contínuo diligéntes sint, nec generálem, nec singulárem horam prædicít, ut semper exspectándo, semper vígí-  
lent: hac enim ratióne términum vitæ uniuscujúsque occúlit.

R. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ índuit eum, \* Et ad portas paradísi coronávit eum. V. Induit eum Dóminus lorícám fidei, et ornávit eum. Et.

#### Lectio viii

**D**eínde líquido, ádeo ut numquam liquídus, Dóminum se ipsum appellávit. Hæc autem étiam ad erubescéntiam desidie mihi dicta vidéntur: majórem enim diligéntiam pecuniárum conservándarum habent furem exspectántes, quam vos salutis animæ. Vígilant enim tunc, ne áliquíd sibi surripiátur: vos vero, quamvis certo sciátis ventúrum Dóminum, non perseverátis

tamen, neque ita vigílátis, ut possítis non impræparáti ex hac vita discé-  
dere. Quaprópter cum pernicie dormiéntium dies ille ventúrus est.

R. Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardéntes in má nibus vestris: \* Et vos símiles homínibus exspectántibus dóminum suum, quando revertátur a núptiis. V. Vigílate ergo, quia nescítis qua hora Dóminus vester ventúrus sit. Et. Glória Patri. Et.

IX Lectio de S. Silverio, ut in Breviario.

Ad Laudes fit Com. S. Silverii Papae et Mart.:

Ant. Qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam.

V. Justus ut palma florébit. R. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur.

#### Oratio

**G**regem tuum, Pastor ætérne, placátus inténde: et, per beátum Silverium Mártirem tuum atque Summum Pontíficem,

perpétua protectióne custódi, quem totíus Ecclésiæ præstitísti esse pastórem. Per Dóminum.

Die 21 Junii  
**S. Aloisii Gonzagæ**

Confessoris  
Duplex

In I Vesperis Commemoratio Octavae S. Bennonis Ant. Amávit. V Justum ut supra. Ad Laudes fit Commemoratio Octavae S. Bennonis (V. Amávit e I Vesperis).

Vesperae a Capitulo de sequenti (S. Paulino Ep. et Conf.), Com. praecedentis et Octavae S. Bennonis:

Ant. Amávit eum. 18\*

V. Elégit eum Dóminus sacerdotem sibi. R. Ad sacrificándum ei hóstiam laudis.

Die 22 Junii  
**S. Paulini**

Episcopi et Confessoris  
Duplex

Ad Laudes fit Commemoratio Octavae S. Bennonis (Ant. et V. e I Vesperis).

Vesperae de sequenti die Octava, Com. praecedentis:

Ant. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ induit eum, et ad portas paradísi coronávit eum.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. R. Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio

**D**eus, qui ómnia pro te in hoc saéculo relinquentibus, céntuplum in futúro et vitam aetérnam promisísti: concéde propítius; ut sancti Pontíficis Paulíni vestígiis inhærentes, valeámus terréna despícere, et sola cæléstia desideráre: Qui vivis et regnas.

Die 23 Junii  
**In Octava S. Bennonis**  
Episcopi et Confessoris  
Duplex majus

**In II Nocturno**

Sermo sancti Bernárdi  
Abbátis

In Vigil. Ss. Petri et Pauli

Lectio iv

**T**ria sunt, quæ in festivitátibus Sanctórum vigilánter consideráre debémus: auxiliúm Sancti, exéplum ejus, confusió-nem nostram. Auxiliúm ejus; quia qui potens in terra fuit, poténtior est in

cælis ante fáciem Dómini, Dei sui. Si enim, dum hic víveret, misértus est peccatóribus, et orávit pro eis; nunc tanto ámplius, quanto vérius agnóscit misérias nostras, orat pro nobis Patrem: quia beáta illa pátria caritátem ejus non immutávit, sed augmentávit; neque enim quia impassíbilis omníno, ideo et incompassíbilis factus est.

R. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: \* Manus enim mea auxiliábitur ei. V. Nihil proficiet inimícus in eo, et fílius iniquitátis non nocébit ei. Manus.

#### Lectio v

**D**ebémus étiam atténdere exéplum ejus; quia, quámdu in terris visus est, et cum homínibus conversátus est, non declinávit, neque ad dexteram neque ad sinístram; sed viam régiam ténuit, donec veníret ad illum, qui dicit: Ego sum via, véritas, et vita. Intuémini humilitátem óperum ejus,

auctoritátem verbórum ejus, et tunc vidébitis, quómodo tam verbo quam exémplo lúxerit inter hómines: quália nobis vestígia relíquerit, ut ambulémus per ea, et non errémus in eis. Vere juxta Prophétam, sémita justi recta est; rectus callis justi ad ambulándum.

R. Pósuí adjutórium super poténtem, et exaltávi eléctum de plebe mea: \* Manus enim mea auxiliábitur ei. V. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. Manus.

#### Lectio vi

**D**iligentióri intúitu, in festivitátibus Sanctórum confusióne nostram inspiciámus; quia homo ille símilis nobis fuit passíbilis, ex eódem luto formátus, ex quo et nos. Quid ergo est, quod non solum difficile, sed et impossibile crédimus, ut faciámus ópera quæ fecit? Confundámur, fratres, et contremiscámus. Hómines isti fuérunt, qui præcessérunt nos, qui tam mirabíliter



processerunt per vias vitæ, ut vix eos homines fuisset credamus. Sic ergo et gaudere, et confundi debemus: gaudere, quia patronos præmisimus; confundi, quia vix eos respicere audemus, ne dicam imitari. Oremus ergo eos, ut ipsi propitium nobis reddant amicum suum, iudicem nostrum, qui est Deus benedictus in sæcula. Amen.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et omnis terra doctrina ejus repleta est: \* Ipse intercédât pro peccatis omnium populorum. V. Iste est, qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad cælestia regna. Ipse. Glória Patri. Ipse.

### In III Nocturno

Lectio sancti Evangelii  
secundum Matthæum  
Lectio vii Cap. 24, 42-47

**I**n illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vigilate, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Et reliqua.

### Homilia sancti Ambrósii Episcopi

De Fide, lib. 5, cap. 8

**Q**uærimus, qua ratione Dominus designare momenta noluerit. Si quæramus, non ignorantia inveniemus esse, sed sapientia. Nobis enim scire non proderat, ut dum certa futuri iudicii momenta nescimus, semper tamquam in excubiis constituti, et in quadam virtutis specula collocati, peccandi consuetudinem declinemus, ne nos inter vitia dies Domini deprehendat.

R. Amavit eum Dominus, et ornavit eum: stolam gloriæ induit eum, \* Et ad portas paradisi coronavit eum. V. Induit eum Dominus lorica fidei, et ornavit eum. Et.

### Lectio viii

**N**on enim prodest scire, sed metüere, quod futurum est; scriptum est enim: Noli alta sapere, sed time. Nam si diem designasset expresse, uni ætati hominum, quæ proxima erat iudicio, videré-

tur disciplinam præscripsisse vivendi superioris temporis; aut justus esset remissior, aut peccator securior. Namque adulter, nisi quotidianam poenam metuat, non potest adulterandi cupiditatem desinere.

R. Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris: \* Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis. V. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Et. Glória Patri. Et.

IX Lectio de Homilia Vigiliæ S. Joannis Baptistæ, et fit ejus Commemoratio ad Laudes, ut in Breviario.

Vesperæ de sequenti, sine Com. præcedentis.

Die 3 Julii  
Commemoratio  
Omnium Ss. S. Romanæ  
Ecclesiæ Summorum  
Pontificum

Duplex majus

In II Vesperis præcedentis Festi Visitationis B. Mariæ Virg. fit Commemoratio sequentis:

Ant. Sacerdotes Dei, benedicite Dominum: servi Domini, hymnum dicite Deo, alleluja.

V. Exaltem eos in ecclesia plebis. R. Et in cathedra seniorum laudent eos.

Oratio

**D**eus, qui populis tuis indulgentia consulis, et amore dominaris: da spiritum sapientiae, suffragantibus meritis Antistitum Ecclesiae tuae, quibus dedisti regimen disciplinae; ut de profectu sanctorum ovium, fiant gaudia aeterna pastorum. (Per Dominum nostrum.)

Deinde Commemoratio S. Leonis II. Papae et Conf.:

Ant. Sacerdos et Pontifex, et virtutum opifex, pastor bone in populo, ora pro nobis Dominum.

V. Amavit eum Dominus et ornavit eum.

R. Stulam gloriae induit eum.

Oratio

**G**regem tuum, Pastor aeternae, placatus intende: et, per beatum Leonem Summum Pontificem, per-

pétua protectióne custódi;  
quem totíus Ecclésiæ præ-  
stitísti esse pastórem. Per  
Dóminum.

### Ad Matutinum

Invitat. Christum Prín-  
cipem pastórum: \* Ve-  
níte, adorémus.

Ps. 94 Veníte, exsulté-  
mus.

### Hymnus

**A**térna Christi múnera,  
Et glóriam Pontifi-  
cum,

Laudes canéntes débitas,  
Lætis canámus méntibus.

Ecclesiárum Príncipes,  
Belli triumpháles Duces,  
Caeléstis aulæ mílites,  
Et vera mundi lúmina.

Devóta sanctórum fides,  
Invícta spes credéntium,  
Perfécta Christi cáritas  
Mundi triúmphant prínci-  
pem.

In his Patérna glória,  
In his volúntas Spíritus,  
Exsúltat in his Fílius,  
Cælum replétur gáudio.

Te nunc, Redémptor,  
quæsumus,  
Ut ipsórum consórtio

Jungas precántes sérvu-  
los,

In sempitérna sæcula.

Amen.

Antiphonae, Psalmi et Ver-  
sus trium Nocturnorum ut in  
Communi Apostolorum.

### In I Nocturno

Lectiones Laudémus viros,  
de Communi Confessoris Pon-  
tificis 2 loco cum Responso-  
riis de Communi Apostolo-  
rum, ut infra:

R. i Ecce ego mitto vos  
sicut oves in médio lu-  
pórum, dicit Dóminus: \*  
Estóte ergo prudéntes  
sicut serpéntes, et sím-  
plices sicut colúmbæ. V.  
Dum lucem habétis, cré-  
dite in lucem, ut filii lu-  
cis sitis. Estóte.

R. ii Tóllite jugum me-  
um super vos, dicit Dó-  
minus, et díscite a me,  
quia mitis sum et húmi-  
lis corde: \* Jugum enim  
meum suave est, et onus  
meum leve. V. Et inve-  
niétis réquiem animábus  
vestris. Jugum.

R. iii Dum stetérítis an-  
te reges et præsides, no-  
líte cogitáre quómodo aut  
quid loquámini: \* Dábi-  
tur enim vobis in illa ho-  
ra, quid loquámini. V.

Non enim vos estis qui loquimini: sed Spíritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Dábitur. Glória Patri. Dábitur.

### In II Nocturno

Sermo sancti Bernárdi  
Abbátis

Sermo 2 in Transitu S. Machiae Episcopi, n. 5-7

#### Lectio iv

**C**ongratulémur, fratres, congratulémur, ut dignum est, Pontíficibus nostris; quia et pium est defunctos plángere, et pium magis congraudére vivéntibus. Numquid non vivunt? Et beáte. Nimirum visi sunt óculis insipiéntium mori, illi autem sunt in pace. Dénique, jam concíves Sanctorum et doméstici Dei, psallunt páriter et grátias agunt, dicéntes: Transívimus per ignem et aquam, et induxísti nos in refrigerium. Transiérunt plane viríliter, et feliciter pertransiérunt. Transiérunt per ignem et aquam quos neque trístia frángere, nec detinére móllia potuérunt.

R. Vidi conjúctos viros, habéntes spléndidas vestes, et Angelus Dómini locútus est ad me, dicens: \* Isti sunt viri sancti facti amíci Dei. V. Vidi Angelum Dei fortem, volántem per médium cælum, voce magna clamántem et dicéntem. Isti.

#### Lectio v

**L**ætémur, quod Pontífices nostri ascendérunt ad cives suos, pro filiis captivitátis legatióne fungéntes, corda nobis conciliántes Beatórum, vota illis intimántes miserórum. Lætémur, inquam, et exsultémus, quia cæléstis illa cúria ex nobis habet, qui suis nos prótegant méritis, quos informavérunt exémpis, miráculis confirmavérunt. Sancti Pontífices, qui in spíritu humilitátis hóstias pacíficas cælis frequénter invéxerant, per semetipsos introivérunt ad altáre Dei, ipsi hóstiæ et sacerdótes.

R. Beáti estis, cum maledíxerint vobis hómnes,

et persecúti vos fúerint, et díxerint omne malum advérsus vos, mentiéntes, propter me: \* Gaudéte et exsultáte, quóniam merces vestra copiôsa est in cælis. **V.** Cum vos óderint hómines, et cum separáverint vos, et exprobráverint, et ejécerint nomen vestrum tamquam malum propter Fílium hóminis. Gaudéte.

## Lectio vi

**B**enedíctus Dóminus Deus, qui tantórum Pontíficum ministério visitávit plebem suam; et nunc, assúptis iis in sanctam civitátem, tantæ recordatióne suavitátis nostram non désinit consolári captivitátem. Exsúltent in Dómino eórum spíritus, quod leváti póndere corpóreæ molis, nulla jam fæculénta vel terréna matéria prægravántur, quo minus tota alacritáte ac vivacitáte corpóream omnem et incorpóream transéúntes creatúram, pergant toti in Deum, et adhæréntes illi, unus sint

cum eo spíritus in ætérnum. Domum istam decet sanctitúdo, in qua tantæ frequentátur memória sanctitátis.

**R.** Isti sunt triumphatóres et amíci Dei, qui contemnéntes jussa príncipum, meruérunt præmia ætérna: \* Modo coronántur, et accípiunt palmam. **V.** Isti sunt, qui venérunt ex magna tribulatióne, et lavérunt stolas suas in ságuine Agni. Modo. Glória Patri. Modo.

## In III Nocturno

Lectio sancti Evangélii  
secúndum Matthæum  
Lectio vii Cap. 16, 13-19

**I**n illo témpore: Venit Jesus in partes Cæsariæ Philíppi, et interrogábat discipulos suos, dicens: Quem dicunt hómines esse Fílium hóminis? Et réliqua.

Homilía sancti Leónis  
Papæ

Sermo 3 de natali ipsius 3,  
cap. 2-4

**C**um, sicut evangélica lectiône reserátum est, interrogáset Dóminus discipulos, quem ipsum, mul-

tis diversa opinantibus, crederent; respondissetque beatus Petrus, dicens: Tu es Christus Filius Dei vivi: Dominus ait: Beatus es, Simon Bar-Jona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in caelis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, et portae inferi non prevalerunt adversus eam. Et tibi dabo claves regni caelorum: et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis; et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in caelis. Manet ergo dispositio veritatis, et beatus Petrus in accepta fortitudine petrae perseverans, suscepta Ecclesiae gubernacula non reliquit.

R. Amavit eos Dominus, et ornavit eos: stolam gloriae induit eos, \* Et ad portas paradisi coronavit eos. V. Induit eos Dominus loricae fidei, et ornavit eos. Et.

## Lectio viii

**I**n universa namque Ecclesia, Tu es Christus Filius Dei vivi, quotidie Petrus dicit: et omnis lingua, quae confitetur Dominum, magisterio hujus vocis imbuitur. Haec fides diabolum vincit, et captivorum ejus vincula dissolvit. Haec erutos mundo, inserit caelo, et portae inferi adversus eam prevalere non possunt. Tanta enim divinitus soliditate munita est, ut eam neque haeretica umquam corrumpere pravitas, nec pagana potuerit superare perfidia. His itaque modis, dilectissimi, rationabili obsequio celebratur hodierna festivitas: ut in persona humilitatis meae ille intelligatur, ille honoretur, in quo et omnium pastorum sollicitudo cum commendatarum sibi ovium custodia perseverat, et cujus etiam dignitas in indigno herede non deficit.

R. Isti sunt, qui ante Deum magnas virtutes

operáti sunt, et omnis terra doctrína eórum repléta est: \* Ipsi intercédant pro peccátis ómnium populórum. V. Isti sunt, qui contempserunt vitam mundi, et pervenerunt ad cæléstia regna. Ipsi. Glória Patri. Ipsi.

Lectio IX de S. Leone II Pp. et Conf. ut in Breviario.

### Ad Laudes

Ant. 1 Sancti tui, \* Dómine, florébunt sicut lílimum, et sicut odor bálsami erunt ante te.

Psalmi de Dominica.

2 In cæléstibus regnis \* sanctórum habitátio est, et in ætérnum réquies eórum.

3 Córpora sanctórum \* in pace sepúlta sunt, et nómina eórum vivent in ætérnum.

4 Spíritus et ánimæ \* justórum, hymnum dícite Deo nostro, allelúja.

5 Fulgébunt justí \* sicut sol in conspéctu Dei. Capit. Hebr. 13, 7

**F**ratres: Mementóte præpositórum vestrórum, qui vobis locúti sunt verbum Dei: quorum intuén-

tes éxitum conversatiónis, imitámini fidem.

### Hymnus

**R**ex glorióse Præsulum, Coróna confiténtium, Qui respuéntes térrea Perdúcis ad cæléstia.

Aurem benígnam prótinus

Appóne nostris vóci bus: Trophæa sacra pángimus, Ignósce quod delíquimus.

Tu vincis in Martýribus, Parcéndo Confessóribus: Tu vince nostra crímina, Donándo indulgéntiam.

Deo Patri sit glória, Ejúsque soli Fílio, Cum Spíritu Paráclito, Et nunc, et in perpétuum. Amen.

V. Justos dedúxit Dóminus per vias rectas. R. Et osténdit illis regnum Dei.

Ad Bened. Ant. Vos estis lux mundi: \* non potest civitas abscondi supra montem pósita: neque accéndunt lucérnam, et ponunt eam sub módio, sed super candelábrum, ut lúceat ómnibus qui in domo sunt.

## Oratio

**D**eus, qui pópulis tuis indulgéntia cónsulis, et amóre domináris: da spíritum sapiéntiæ, suffragántibus méritis Antístitum Ecclésiæ tuæ, quibus dedísti régimen disciplínæ; ut de proféctu sanctárum óvium, fiant gáudia æténa pastórum. Per Dóminum nostrum.

Ad Laudes fit Commemoratio. S. Leonis II Papae et Conf.:

Ant. Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, super multa te constituam, dicit Dóminus.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. R. Et osténdit illi regnurr Dei.

## Oratio

**G**regem tuum, Pastor ætérne, placátus inténde: et, per beátum Leónem Summum Pontíficem, perpétua protectióne custódi; quem totíus Ecclésiæ præstitísti esse pastórem. (Per Dóminum.)

Deinde fit Commemoratio Octavae Ss. Apostolorum:

Ant. Gloriósi príncipes terræ, quómo in vita sua dilexérunt se, ita et in morte non sunt separáti.

V. In omnem terram exívit sonus eórum. R. Et in fínes orbis terræ verba eórum.

## Oratio

**D**eus, qui hodiérnam dírum Apostolorum tuórum Petri et Pauli martyrio consecrásti: da Ecclésiæ tuæ, eórum in ómnibus sequi præcéptum, per quos religiónis sumpsit exórdium. Per Dóminum nostrum.

Ad Horas Antiphona et Psalmi de Feria occurrenti ut in Psalterio, Capitulum et Responsorium breve ut infra.

## Ad Tertiam

Capit. Fratres: Meméntote, ut supra. 31\*.

R. br. Lætámini in Dómino, \* Et exsultáte, justi. Lætámini. V. Et gloriámini, omnes recti corde. Et. Glória Patri. Lætámini.

V. Exsúltent justi in conspéctu Dei. R. Et delecténtur in lætítia.



**Ad Sextam**

Capit. Act. 20, 28

**A**tténdite vobis et univérso gregi, in quo vos Spíritus Sanctus pósuit epíscopos régere Ecclésiám Dei, quam acquisívit sánguine suo.

R. br. Exsúltent justí \* In conspéctu Dei. Exsúltent. V. Et delecténtur in lætítia. In. Glória Patri. Exsúltent.

V. Justí autem in perpétuum vivent. R. Et apud Dóminum est merces eórum.

**Ad Nonam**

Capit. Hebr. 13, 17

**O**bedíte præpósitis vestris, et subjacéte eis: ipsi enim pervígilant, quasi ratiónem pro animábus vestris redditúri.

R. br. Justí autem \* In perpétuum vivent. Justí. V. Et apud Dóminum est merces eórum. In. Glória Patri. Justí.

V. Exsultábunt Sancti in glória. R. Lætabúntur in cubílibus suis.

**In II Vesperis**

Antiphonae, Capitulum et Hymnus de Laudibus; Psalmi de Dominica, sed loco ultimi Psalmus 131 Meménto, Dómine, ut in Vesperis Feriæ IV.

V. Elégit eos Dóminus sacerdotés sibi. R. Ad sacrificándum ei hóstiám laudis.

Ad Magnif. Ant. Dum essent summi Pontífices, \* terréna non metuérunt, sed ad cæléstia regna gloriósi migráruñt.

Et fit Commemoratio sequentis (S. Udalrici Ep. et Conf.):

Ant. Sacérdos et Póntifex, et virtútum ópifex, pastor bone in pópulo, ora pro nobis Dóminum.

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. R. Stolam glóriæ induit eum

Oratio

**D**eus, qui cónspicis, quia ex nulla nostra virtúte subsístimus: concéde propítius; ut intercessióne beáti Udalrici Confessorís tui atque Pontificis, contra ómnia advérsa muniámur.

Deinde fit Com. S. Leonis II Papae et Conf.:

Ant. Dum esset Summus Póntifex, terréna non méruit, sed ad cæléstia regna gloriósus migrávit.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. R. Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio

**G**regem tuum, Pastor ætérne, placátus inténde: et, per beátum Leónem Summum Pontíficem, perpétua protectióne custódi; quem totius Ecclésiæ præstitísti esse pastórem.

Deinde Com. Octavae Ss. Apostolorum:

Ant. Petrus Apóstolus et Paulus Doctor Géntium, ipsi nos docuérunt legem tuam, Dómine.

V. Constitúes eos príncipes super omnem terram. R. Mémoires erunt nóminis tui, Dómine.

Oratio

**D**eus, qui hodiérnam diem Apostolorum tuorum Petri et Pauli martyrio consecrásti: da Ecclésiæ tuæ, eórum in ómnibus sequi præcéptum per quos religiónis sump-

sit exórdium. Per Dóminum nostrum.

Die 4 Julii

**S. Udalrici**

Episcopi et Confessoris  
Duplex

**In II Nocturno**

Lectio iv

**U**dalricus, excélsa prosápia Alamannórum patre Hupáldo, cómite de Díllingen et Khyburg, et matre Thietbúrga natus, puer mónachis sancti Galli tráditur educándus. Ibi stúdio litterárum et virtutum zelo, præsertim castimóniæ, ádeo excélluit, ut coævi „sánctulum“ illum jam abínde cœperint vocitáre. In pátriam revérsus, cognáto suo Adalberóni, episcopo Augustáno, fidéliter desérviit et post ejus mortem bonórum suórum patrimoniálium per quatuórdecim fere annos curam gessit. Mórtuo Hiltíno, Adalberónis successóre, Udalricus ab Henríco primo rege episcopus ecclésiæ Augustánæ præfici-tur.

R. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: \* Manus enim mea auxiliábitur ei. V. Nihil proficiet inimícus in eo et filius iniquitátis non nocébit ei. Manus.

## Lectio v

**F**actus igitur episcopus totum se contemplatióni dedit et sacræ lectiáni: interim nihilóminus, ut pastor bonus, summa cura ac sollicitúdine óvibus suis invigilábat. Quas, tum sæpius visitádo, tum quibúsvís ingruéntibus periculis confirmádo, ádeo numquam deséruit, ut irrumpéntibus aliquádo Húngaris fórtiter resistédo precésque férvidas ad Deum ex ánimo fundédo cives suos e summo discrimine feliciter liberáret.

R. Pósui adjutórium super poténtem, et exaltávi eléctum de plebe mea: \* Manus enim mea auxiliábitur ei. V. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. Manus.

## Lectio vi

**C**omponéndis discídiis et inimícis reconciliándis óperam semper navávit egrégiam; Ottónem Cæsarem et Liudólphum ejus filium, gravíssimis inter se dissidentes ódiis, reconciliávit. Páuperes quotidie mensæ suæ adhibébat convivas. Abstinéntia fuit admirábili; in oratióne étiam ad multam sæpe noctem assíduus, lecto plúmec numquam est usus. Longum est commemoráre, quam multa ædificárit templa, quántaque per eum Deus contúlerit dona. Atque in his piis stúdiis ac laboribus per quinquagínta annos episcopátus múnere digne et sancte functus óbiit quinto Nonas Júlias, anno Incarnatiónis Domínicæ nongentésimo septuagésimo tértio. Vigínti annis post a sýnodo Lateranénsi, præsidénte Joánne Papa quintodécimo, inter Sanctos relátus est, quæ fuit prima omníno inter omnes canonizatiónes solémnes. Hujus reliquiæ

Augústæ Vindelicórum in ecclésia sanctæ Afræ, póst-  
ea ejus nómine nuncupá-  
ta, religiósissime serván-  
tur, ubi gloriósa ejus mérita  
miráculis corúscant.

R. Iste est, qui ante De-  
um magnas virtútes operá-  
tus est, et omnis terra doc-  
trína ejus repléta est: \* Ip-  
se intercédât pro peccátis  
ómnium populórum. V.  
Iste est, qui contémpsit vi-  
tam mundi, et pervénit ad  
cæléstia regna. Ipse. Gló-  
ria Patri. Ipse.

In III Nocturno Homilia in  
Evangelium Homo pégre,  
de Communi Confessoris Pon-  
tificis 1 loco.

#### Ad Laudes

V. Justum dedúxit Dó-  
minus per vias rectas. R.  
Et osténdit illi regnum  
Dei.

Ad Bened. Ant. Euge,  
serve bone \* et fidélis,  
quia in pauca fuísti fidélis,  
supra multa te constítuam,  
dicit Dóminus.

#### Oratio

**D**eus, qui cónspicis, quia  
Dex nulla nostra virtúte  
subsístimus: concéde pro-  
pítius; ut, intercessióne

beáti Udalrici Confessóris  
tui atque Pontíficis, contra  
ómnia advérsa muniámur.  
Per Dóminum.

Et fit Com. Octavae:

Ant. Gloriósi Príncipes  
terræ, quómo in vita sua  
dilexérunt se, ita et in mor-  
te non sunt separáti.

V. In omnem terram ex-  
ívit sonus eórum. R. Et  
in fines orbis terræ verba  
eórum.

#### Oratio

**D**eus, qui hodiérnam di-  
em Apostolórum tuó-  
rum Petri et Pauli martý-  
rio consecrásti: da Ecclé-  
siæ tuæ, eórum in ómnibus  
sequi præcéptum; per quos  
religiónis sumpsit exórdi-  
um. Per Dóminum.

Vesperae a Capitulo de se-  
quenti, Com. praecedentis:

Ant. Amávit eum Dómi-  
nus, et ornávit eum: sto-  
lam glóriæ índuit eum, et  
ad portas paradísi coroná-  
vit eum.

V. Justum et Oratio De-  
us, qui cónspicis, ut supra.

Deinde Com. Octavae:

Ant. Petrus Apóstolus et Paulus Doctor géntium, ipsi nos docuérunt legem tuam, Dómine.

V. Constitúes eos príncipes super omnem terram.

R. Mémoires erunt nóminis tui, Dómine.

Oraio Deus, qui hodiérnam, ut supra.

Die 9 Julii

**S. Ottonis**

Episcopi et Conf.

Simplex

In II Vesperis praecedentis (S. Elisabeth Reg. Vid.) fit Com. S. Ottonis:

Ant. Sacérdos et Póntifex, et virtútum ópifex, pastor bone in pópulo, ora pro nobis Dóminum.

V. Amávit eum Dóminus et ornávit eum. R. Stolum glóriæ induit eum.

Oratio

**D**eus, cujus virtúte beátus Otto Conféssor tuus et Póntifex ad solidándas in fide gentes incredúlas, rápidi flúminis cursum prece restrínxit, concéde propítius: ut, qui doctor in terris factus est infidélium populórum, pro

nobis pius intercésor efficiátur apud te in cælis. Per Dóminum.

Lectio iii

**P**omeranórum Apóstolus Otto, in Suévia natus, pecúrsis litterárum stúdiis in Polóniam pégre vadens, lingua illíus terræ apprehénsa, scholam puerórum rexit. Ascítus est in aulam Polóniæ ducis, qui eum legátum misit ad Henrícum imperatórem, hujus nóminis quartum, cujus grátiam ita sibi comparávit, ut ad regni cancellárii munus vocarétur. Deínde ab imperatóre ecclésiæ Bambergénsi præfícitur et lítteris sine mora ad Paschálem Summum Pontíficem missis Anágniæ in ipsa Pentecóstes die Epíscopus consecrátur. In episcopátu præsértim extruéndis et dotándis ecclésiis ac monastériis cláruit. Accépta Apostólicæ Sedis licéntia, per Bohémiam, Silésiam, Polóniam in Pomerániam proféctus, primo ad castrum Piríssæ, deínde Camínam venit et

plus viginti millia paganorum baptizat. In Juliam, civitatem magnam et fortem, navigio vectus, a furente populo ad necem quaeritur. Stetinensium animos ita lenivit, ut idola confringi paterentur. Conversis etiam Coloberga et Belgarda oppidis post novem mensium apostolicos labores ad suos revertitur. Triennio deinde in dioecesi sua Bambergensi moratus, novellam coloniam revisere aggreditur. Civitatis Timinae ducem et populum convertit. Hologastam intromissus cum sociis, fana et delubra paganorum destruxit. Navem ingressus Stetinam iterum appulit, cujus urbis cives ab jurata fide defecisse compererat. Vocati ad colloquium, Ottónis lenitate devicti resipiscunt. Deinde calamitatibus et molestiis longae peregrinationis fortiter toleratis, per decennium adhuc in patria in vinea Domini excolenda strenue laboravit. Caelo reddidit ani-

mam anno millésimo centésimo trigésimo nono.

Te Deum laudamus.

### Ad Laudes

V. Justum deduxit Dominus per vias rectas. R. Et ostendit illi regnum Dei.

Ant. Euge, serve bone \* et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, super multa te constituam.

### Oratio

**D**eus, cujus virtute beatus Otto Confessor tuus et Pontifex ad solidandas in fide gentes incredulas, rapidi fluminis cursum prece restrinxit, concede propitius: ut, qui doctor in terris factus est infidelium populorum, pro nobis pius intercessor efficiatur apud te in caelis. Per Dominum.

Die 11 Julii

**S. Briccii**

Episcopi et Confessoris,  
Patroni minus principalis  
Dioeceseos

Duplex majus (m. t. v.)

## Oratio

**M**óveat pietátem tuam, quæsumus, Dómine, subjéctæ tibi plebis afféctus, et misericórdiam tuam supplicatio fidélis obtíneat: ut, quod méritis non præsumit; per intercessiónem sancti Bríctii Confessoris tui atque Pontíficis indulgéntiæ tuæ largitáte percípiat. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio præcedentis (Ss. septem Fratrum et Sociorum Martyrum):

Ant. Gaudent in cælis animæ Sanctorum, qui Christi vestigia sunt secuti: et quia pro ejus amore sánguinem suum fuderunt, ideo cum Christo exsultant sine fine.

V. Exsultábunt Sancti in glória. R. Lætábuntur in cubilibus suis.

## Oratio

**P**ræsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut, qui gloriósos Mártyres fortes in sua confessióne cognóvimus, pios apud te in nostra intercessióne sentiámus.

Deinde Com. S. Pii I Papae et Mart., ut in Breviario.

## In II Nocturno

## Lectio iv

**B**ríctius Mártulæ Episcopus, priúsqvam ad episcopálem sublimátus fuisset dignitátem: sub Marciáno júdice, quod Christum líbere prædicáret, comprehénsus saxóque ad os contúsus, in cárcerem conjéctus est; ubi non solum per Angelum Dei et beátum Petrum visitári ac confortári, verum étiam a beáto Petro cælitus in órdine episcopáli constitui et sancto Angelo duce, libertáti suæ restitui méruit. Quare in locum, qui MariánuS dicitur, descendit; ibique oratório in nómine sanctæ Dei Genitrícis constrúcto, in eódem fontem baptismálem consecrávit, ac pagános ad fidem convérsos baptizávit.

R. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: \* Manus enim mea auxiliábitur ei. V. Ni-

hil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocébit ei. Manus.

## Lectio v

**O**rdinavit quoque Joán-nem Metropolitanum Spoletánæ, nec non Vincentium Menániæ, et Stripódatum Victónicæ, atque Herculánum nepótem suum Perusiánæ, civitátum episcopos. Familiári Angeli consuetú-dine frequé-ter perfrúitus, in amóre Dei sic proficiébat, ut ómnibus tam verbo, quam factis ad ædificatió-nem prælucéret; tantúm-que in eo Spíritus Sancti grátia exuberábat, ut étiam spíritus immúndos ab obséssis ejiceret, ægro-tósque persanáret, atque cæco a nativité visum oratióne impetrárit.

R. Pósui adjutórium super poténtem, et exaltávi eléctum de plebe mea: Manus enim mea auxiliá-bitur ei. V. Invéni David servum meum, óleo sanc-to meo unxi eum. Manus.

## Lectio vi

**P**úrimum itaque perfúnc-tus pro Christo labó-ribus, in vérticem collis juxta Mártulam, ab An-gelo perductus, ab eódem prænúntium accépit; hunc locum ipsíus usque ad ad-ventum Christi fore. Unde confessor Christi étiam in illa regióne submontána, quæ dicitur Martulána, cœpit verbum Dei cum fidúcia prædicáre, mul-tum accrescén-te número Christianórum. Exædifi-cávit ibídem et oratórium, indens loco nomen Salu-stiánum, eo quod ibi sa-lútem ánimæ percepisset. Ad senectútem bonam perductus, sanctóque Spí-ritu plenus, cum magnam multitudínem paganórum convertisset, séptimo Idus Júlii circa annum tercén-tésimum, Confessor quié-vit in pace.

R. Iste est, qui ante De-um magnas virtútes ope-rátus est, et omnis terra doctrína ejus repléta est: \* Ipse intercédát pro pec-cátis ómnium populórum.



V. Iste est, qui contempsit vitam mundi, et pervénit ad cæléstia regna. Ipse. Glória Patri. Ipse.

In III Nocturno Homilia in Evang. Vigiláte, de Comuni Conf. Pont. 2 loco.

IX Lectio de S. Pio I Papa et Martyre et fit ejus Commemoratio ad Laudes.

In Vesperis Com. sequentis (S. Joannis Gualberti Abbatis):

Ant. Similábo eum viro sapiénti, qui ædificávit domum suam supra petram.

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. R. Stolum glóriæ índuit eum.

Oratio

**I**ntercéssio nos, quæsumus, Dómine, beáti Joánnis Abbátis comméndet: ut, quod nostris méritis non valémus, ejus patrocínio assequámur.

Deinde Com. Ss. Naboris et Felicis Mm., ut in Breviario.

Die 15 Julii

**S. Henrici**

Imperatoris, Confessoris

Duplex majus (m. t. v.)

Omnia ut in Breviario præter ritum.

Die 5 Augusti

**Commemoratio**

**S. Oswaldi** Regis, Mart.

**In I Vesperis**

Ant. Iste Sanctus pro

lege Dei sui certávit usque ad mortem, et a verbis impiórum non tímuit; fundátus enim erat supra firmam petram.

V. Glória et honóre coronásti eum, Dómine. R. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Oratio

**O**mnípotens sempitérne Deus, qui beátum Oswáldum Mártirem tuum benígnæ largitátis honóre, palmáque martýrii decorásti; concéde nobis propítius: ut, cujus memóriam ágimus in terris, ejus apud te auxiliium sentiámus in cælis. Per Dóminum nostrum.

Lectio ix

**O**swáldus Anglórum Rex christianíssimus, multis virtútibus ornátus, máxime vero erga páuperes et peregrínos usque ádeo húmilis, largus et benígnus éxstitit, ut ad prándium considens aliquándo die sancto Paschæ plúrimis eleemósynæ ab eo accipiéndæ causa confluéntibus, dapes sibi

in disco argénteo dispó-  
sitas deférri, discum mi-  
nútim confríngi, ac inter  
páuperes dívidi jússerit.  
Quod videns epíscopus  
AidánuS, qui assidébat,  
apprehéndit déxteram  
Regis et ait: Numquam  
inveteráscat hæc manus.  
Quod et ita juxta votum  
benedictiónis evénit. Post-  
eáquam autem diu mul-  
túmque pro conversióne  
subditórum suórum labo-  
rássset, pietáte ac méritis  
plenus, anno salutis sex-  
centésimo quadragésimo  
secúndo, ætátis suæ tri-  
gésimo octávo, ímpiis pa-  
ganórum armis occúbuit;  
cujus munificæ manus en-  
se una cum bráchiis a cór-  
pore reséctæ, speciáli in-  
corruptiónis prærogatíva,  
usque hódie incorruptæ  
non solum perdúrant, sed  
et pulvis de loco, ubi sán-  
guinem fudit, virtútibus  
et miráculis multis claru-  
erunt.

Te Deum laudámus.

#### Ad Laudes

Ant. Qui odit ánimam  
suam in hoc mundo, in

vitam ætérnam custódit  
eam.

V. Justus ut palma flo-  
rébit. R. Sicut cedrus Lí-  
bani multiplicábitur.

Die 7 Augusti

#### S. Donati

Episcopi et Martyris,  
Patroni minus principalis  
Diœceseos  
Duplex majus

Ant. Iste Sanctus pro le-  
ge Dei sui certávit usque  
ad mortem, et a verbis  
impiórum non tímuit; fun-  
dátus enim erat supra fir-  
mam petram.

V. Glória et honóre co-  
ronásti eum, Dómine. R.  
Et constituísti eum super  
ópera mánuum tuárum.

Oratio

**D**eus, tuórum glória sa-  
cerdótum: præsta,  
quæsumus; ut sancti Már-  
tyris tui et Epíscopi Do-  
nátí, cujus festa gérimus,  
sentiámus auxiliúm. (Per  
Dóminum nostrum.)

Deinde fit Com. S. Cajetani  
Conf. (dúpl.), ut in Breviario.

## In II Nocturno

## Lectio iv

**D**onátus, paréntibus propter Jesu Christi fidem interféctis, Arrétium in Etrúriam, cum Hilaríno mónacho ex fuga se cóntulit, cujus urbis étiam episcopus créatus est. Quod ore dócuit, vitæ sanctitáte, et miráculis confirmávit; a pagánis (ut refert sanctus Gregórius Magnus) vítreum confráctum cálicem mirabíliter signo sanctæ crucis redintegrávit. Cujus cum famam Quadratiánus præses audísset, una cum Hilaríno mónacho cápitur, et pro tribunáli præfécto sedénti præsentátur.

R. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimícis, et a ductóribus tutávit illum: \* Et dedit illi claritátem ætérnam. V. Descendítque cum illo in fóveam, et in vínculis non derelíquit eum. Et.

## Lectio v

**N**otum sit vobis, inquit Quadratiánus, Dóminus meum Juliánum legem posuísse ut omnes mónachi, vita priváta depósita, sub auspíciis ejus militent, et nullus Christum prædicáre præsumat. Vos, qui mandáta ejus háctenus contempsístis, et per doctrínam vestram hómines ad vana credénda induxístis, nunc vobis consulite, et mandátis imperatóris obsequéntes, Christo relicto, diis sacrificáte. At vero, quo poténtius præses ad sacrificándum urgébat, eo fervéntius sancti Mártyres Christum pópulo prædicábant.

R. Desidérium ánimæ ejus tribuísti ei, Dómine, \* Et voluntáte labiórum ejus non fraudásti eum. V. Quóniam prævenísti eum in benedictiónibus dulcédinis: posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretióso. Et.

## Lectio vi

**P**ropterea Quadratiánus ira accensus, nisi e vestigio Juliáni præceptis obedierint, et magno Jovi sacrificáverint, igne cremándos minátur. Cujus minas cum rejecissent: furóre plenus præses, imperat os beáti Donáti lapídibus tundi, et Hilarínium véstibus exspoliári, in paviménto exténsum tándiu fústibus cædi, donec effláret ánimam. Beátus Donátus veheménter et ipse cruciátus, gládio percúsus est. Quorum córpora prope eam urbem honorífice sepúlta sunt.

R. Stola jucunditátis induit eum Dóminus: \* Et corónam pulchritúdinis pósuit super caput ejus. V. Cibávit illum Dóminus pane vitæ et intelléctus: et aqua sapiéntiæ salutaris potávit illum. Et. Glória Patri. Et.

## In III Nocturno

Léctio sancti Evangélii  
secúndum Marcum

Lectio vii Cap. 13, 33-37

**I**n illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Vidéte, vigiláte, et oráte: nescítis enim quando tempus sit. Et réliqua.

Homília sancti Petri  
Chrysólogi

Sermo 24

**S**emper et ad ómnia vigilias esse salutáres, nullus ignórat: quia revéra plus vigiláre, plus vívere est. Nam quid tam mortis símile, quam dormiéntis aspéctus? Quid tam vita plenum, quam forma vigilántis? Indulgéndum somno est, ut corpus réparet, non resólvat: et vires révocet, non enérvet. Semper ergo ad ómnia vigilias esse salutáres, nullus ignórat. Quæ ars, quod opus, quod tempus, quæ potéstas, quod officium, non vitæ lucra lucubratióne perquirít?

R. Coróna áurea super caput ejus, \* Exprésa signo sanctitátis, glória honorís, et opus fortitúdinis. V. Quóniam prævenísti eum in benedictiónibus

dulcédinis, posuisti in cápite ejus corónam de lápide pretiósó. Exprésa.

## Lectio viii

**H**inc est, quod Rex in procinctu pérvigil, cállidi hostis præcavet et evitat insídias. Tunc in castris miles superveniéntes noctúrnos ímpetus cauta pernoctatióne propéllit. Sic nauta vigilándo diffúsi itíneris incértas vias intrat, et calles transit ínvios, et vestígio furtívo ad lucrósi portus votívam pérvenit mansiónem. Hinc pastor adjúngit noctes díebus, et totum sibi tempus dénega dormiéndi, ne qua lupis, suffragánte somno, grassánda in gregem præbeátur occasió.

R. Hic est vere Martyr, qui pro Christi nómine sánguinem suum fudit: • Qui minas júdicum non tímuit, nec terrénæ dignitátis glóriam quæsívít, sed ad cæléstia regna pervénit. V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et

osténdit illi regnum Dei. Qui. Glória Patri. Qui.

Pro S. Cajetano Confessore:

## Lectio ix

**C**ajetánus, nóbili Thienæa gente Vicéntiæ ortus, statim a matre Deíparæ Vírgini oblátus est. Patávii juris utriúsque láuream adéptus, Romam proféctus est, ubi inter praelátos a Júlio secúndo collocátus et sacerdotío initiátus est. Nosocomíis próprio ære fundátis, étiam morbo pestilénti laborántibus suis ipse mánibus inserviébat. Proximórum salúti assidue incumbébat, dictus proptér ea Venátor animárum. Collápsam ecclesiasticórum disciplínam ad formam apostólicæ vitæ instauráre desíderans, órđinem Clericórum regulárium instítuit, qui abdicáta rerum ómnium terrenárum cura, nec réditus possidérent nec vitæ subsidia a fidélibus péterent, sed solis elemósynis sponte oblátis víverent. Itaque, approbánte Cleménte sép-

timo, ad aram máximam basilicæ Vaticanæ una cum Joánne Petro Caráfa, episcopo Theatino, qui póstea Paulus quartus Póntifex máximus fuit, et áliis duóbus exímie piatátis viris, vota solémnia emísit. Divíni cultus stúdi-um, nitórem domus Dei, sacrórum rítuum obser- vántiam et sanctíssimæ Eucharístiæ frequentió- rem usum máxime pro- móvit. Plenus méritis, Ne- ápoli migrávit in cælum, ibíque corpus ejus in ec- clésia sancti Pauli magna religióne cólitur.

Te Deum laudámus.

Ad Laudes fit Com. S. Cajeta- ni Conf., ut in Breviario.

In Vesperis Com. sequentis (Ss. Cyriaci, Largi et Sma- ragdi Mm.) et S. Cajetani Conf., ut in Breviario.

Die 11 Augusti

**Ss. Afræ et Sociarum**

Martyrum

(d. a. ex 5 hujus)

Duplex

In II Vesperis præcedentis (S. Laurentii Mart.) fit Com. Ss. Afræ et Sociarum Mm.:

Ant. Venérunt de tribu- latione \* magna, et lavé-

runt stolas suas, et deal- bavérunt eas in sángine Agni.

V. Justus Dóminus, et justítias diléxit. R. Aequi- tatem vidit vultus ejus.

Oratio

**D**a nobis, quæsumus, Dómine, Deus noster, sanctárum Mártyrum tuá- rum Afræ et Sociárum ejus palmas incessábil devotióne venerári: ut, quas digna mente non póssumus celebráre, hu- mílibus saltem frequenté- mus obséquiis. Per Dó- minum nostrum.

**Ad Matutinum**

Invit. Laudémus Deum nostrum \* In Confessióne beatárum Afræ et Sociá- rum ejus.

Ps. 94 Veníte, exsulté- mus.

Hymnus

**N**óbiles Christi fámulas disérta

Voce cantémus, decus æ- mulátas

Fémínæ fortis, sacra cui  
profúdit

Página laudes.

His fides vivax, pia spes,  
amórque

In Deum fervens, óperum  
bonórum

Fértilis radix, amor unde  
fratrum

Náscitur ultro.

Non eas mundus láqueis  
revínxit,

Quas Deus jussis regit  
hinc volétes,

Ut bonum Christi sáta-  
gant ubique

Spárgere odórem.

Edomant corpus, preci-  
búsque mentem

Nútriunt sanctis; peritúra  
temnunt

Lucra, ut inquírant sibi  
permanéntis

Præmia vitæ.

Hóstium probris nihil at-  
que pœnis

Térritæ, Christo rémanent  
fidéles;

Sáanguine ac fuso fidei su-  
pérna

Dógmata firmant.

Motus illárum méritis,  
remítte

Sóntibus nobis scelus om-  
ne, Jesu,

Ut tibi puro resonémus  
æquas

Péctore laudes.

Sit decus Patri, genitæ-  
que Proli,

Et tibi, compar utriúsque  
virtus,

Spíritus semper, Deus  
unus, omni

Témporis ævo. Amen.

### In II Nocturno

#### Lectio iv

**A**fra, idolórum cúl-  
túi dédita, et in flagitió-  
rum cœno demérsa, Nar-  
císsum episcopum, Augús-  
tam Viñdelicórum profu-  
giéntem, excépit hospítio.  
Cumque illum vidísset cum  
Diácono in Psalmis ac  
pécibus pernoctántem,  
tanto exémplo commóta, su-  
ámque impudicítiam per-  
tæsa, prótinus ad Narcís-  
si pedes prócidit, et sa-  
crum ab eo Baptísmi la-  
vácrum impetrávit.

R. In Deo faciémus vir-  
tútem: \* Et ipse ad níhi-  
lum dedúcet inimícos no-  
stros. V. Dóminus Deus  
aspiciet veritátem, et con-  
solábitur in nobis. Et.

## Lectio v

**D**einde Hiláriam quoque matrem, tresque item ancillas, Dignam, Eunómiam et Eutrópiam, Afra eódem Christiánæ religiónis stúdio accéndit. Eas Narcíssus, præmisso septem diérum jejúnio et précibus assíduis ad grátiae præparatiónem impetráti, de sacris fidei mystériis edóctas, salutári aqua lustrávit. Quæ deinde omnes Christi vestigia persecuentes, vitam ab omni vitiórum labe íntegram incorruptámque servavérunt.

R. In nómine tuo, Deus, spernémus insurgéntes in nobis: \* Salvásti enim nos de affligéntibus nos, et odiéntes nos confudísti. V. In Deo laudábimur tota die: et in nómine tuo confitébimur in sæculum. Salvásti.

## Lectio vi

**A**fra vero, cum índies magis in fide suscep-ta profícere, a Cajo præféc-to in templum Véneris

ræpta diis immoláre jubé-tur. Cum illa se non dæ-mónibus, sed uni et vero Deo cultum exhibére dixisset, ira pércitus præféc-tus, ut viva cum matre atque ancillis igne crema-rétur, imperávit. Ergo ad ínsulam flúminis, quod Lycum appellánt, edúcta non modo flammæ ipsa constantíssime pértulit, sed matrem quoque ac sócias in eódem martyrio confirmávit. Eárum cór-pora Augústæ honorífice sepúlta servántur.

R. Induxísti nos, Deus, in láqueum, posuísti tribulatiónes in dorso nostro: \* Transívimus per ígnem et aquam: \* Et eduxísti nos in refrigerium. V. Quóniam probásti nos, Deus: igne nos examinásti, sicut examinátur argéntum. Transívimus. Glória Patri. Et.

## In III Nocturno

Léctio sancti Evangélii  
secúndum Matthæum

Lectio vii Cap. 13, 44-52



**I**n illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Símile est regnum cælórum thesáuro abscondito in agro. Et réliqua.

Homília sancti Bernárdi  
Abbátis

Sermo 65 de Diversis, alias 28  
ex Parvis, n. 1-3

**T**ríplícem nobis comméndat gradum parabola triplex lectiónis uníus. Ager est corpus. Huic dum adhuc dominántur passiones desideriórum, jacet incúltus, et obnoxius maledicto spinas et tribulos gérmínat; quid intus láteat, ignorátur. Quis enim eo tēpore idóneum réputet ferre dignos pœnitentiæ fructus? Quid tam insipiénter expónis, ánima, corpus tuum? Nescis quid absconditum sit in eo? Quid, nisi regnum cælórum? Inveníre est in eo salutis ópera, quibus regnum cælórum póteris adipísci. Eme ergo agrum, et a concupiscéntiis tuis tibi víndica corpus tuum, dato nímirum pretio fo-

méntis et occasiõibus ipsárum concupiscentiárum.

R. Abjiciéntes omnem immundítiam, et abundantiam malítiæ, in mansuetúdine suscipite ínsitum verbum, \* Quod potest salváre ánimas vestras. V. Osténdit vobis Dóminus pactum suum, quod præcépít ut facerétis. Quod.

Lectio viii

**U**bi vero thesáurum effóderis, esto jam negotiátor, et pretiósas margarítas quære. Si pretiosíssimam unam invéneris, étiam tunc vende quidquid habes, et eme eam. Quæ est tamen una tam pretiósá? Neque enim mírum si pro thesáuro véndidit quæcúmque habébat, id est, pro divítiis salutis et peccáta et peccáti foménta desérui. Hæc quippe sola prius habébat. Nunc autem, ubi thesáurum hunc réperit, quómodo quærit bonas margarítas, et pro una ómnia véndidit? Ego unam hanc nihil áliud quam unitátem árbitror esse. Quæ-

rit autem bonas margaritas, qui in opere salutis suæ non est contentus inferioribus bonis, sed summa quæque et excellentiora perquirat.

R Símile est regnum cælorum hómini negotiári, quærenti bonas margaritas: inventa autem una pretiosa margarita, \* Abiit, et vendidit omnia quæ habuit, et emit eam. V. Quóniam omne aurum in comparatione illius, æterna est exigua, et tamquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius. Abiit. Glória Patri. Abiit.

Pro Ss. Tiburtio et Susanna Virg. Mm. Lectio IX ut in Breviario.

### Ad Laudes

Capit. 2 Cor. 4, 6-7

**F**ratres: Deus illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei, in facie Christi Jesu. Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus, ut sublimitas sit virtutis Dei, et non ex nobis.

### Hymnus

**S**i, Lege prisca, fórtibus  
Tribúta laus est féminis,  
Quæ vos alúmnas Fœderis

Decet novélli glória!

Arsístis igne cándido,  
Quem Christus e Cælestium

Invéxit arce, frígidas  
Ut orbis incalésceret.

Urgébat hæc vos cáritas

Cadúca lucra spérnere,  
Et, quæ períre nésciant,  
Optáre tantum præmia.

Docébat et viríliter  
Advérsa ferre: víncere  
Carnem rebellem: légibus  
Servíre, non arbítrio.

Donábat et sævíssimas  
Pœnas subíre, ac fírmiter  
Jesum sequéntes, próprium

Vitam libénter pónere.

Hinc nos juváte sérvulos,  
Quos tanta virtus éxcitat,  
Ad sanctitátis vérticem  
Possímus ut conténdere.

Deo Patri sit glória,  
Ejúsqe soli Filio,

Cum Spíritu Paráclito,  
Nunc et per omne sæcu-  
lum. Amen.

V. Memóriam abundán-  
tiæ suavitatís tuæ eructá-  
bunt. R. Et justítia tua,  
Dómine, exsultábunt.

Ad Bened. Ant. Símile  
est \* regnum cælórum the-  
sáuro abscóndito in agro:  
quem qui invénit homo,  
abscóndit, et præ gáudio  
illíus vadit, et vendit uni-  
vérsa quæ habet, et emit  
agrum illum.

#### Oratio

**D**a nobis, quæsumus,  
Dómine, Deus noster,  
sanctárum Mártyrum tuá-  
rum Afræ et Sociárum  
ejus palmas incessábili de-  
votióne venerári: ut, quas  
digna mente non póssu-  
mus celebráre, humílibus  
saltem frequentémus ob-  
séquiis. Per Dóminum.

Et fit Com. Ss. Tiburtii et  
Susannæ Virg. Mm.:

Ant. Vestri capílli cápi-  
tis omnes numeráti sunt:  
nolíte timére: multis pas-  
séribus meliôres estis vos.

V. Exsultábunt Sancti in

glória. R. Lætábúntur in  
cubílibus suis.

#### Oratio

**S**anctórum Mártyrum tu-  
órum Tibúrtii et Su-  
sánnæ nos, Dómine, fóve-  
ant continuáta præsidia:  
quia non désinis propítius  
intuéri; quos tálibus auxí-  
lius concésseris adjuvári.  
Per Dóminum nostrum.

#### Ad Tertiam

Capit. 2 Cor. 4, 6-7

**F**ratres: Deus illúxit in  
córdibus nostris ad il-  
luminatióem sciéntiæ cla-  
ritátis Dei, in fácie Chri-  
sti Jesu. Habémus autem  
thesáurum istum in vasis  
fictílibus, ut sublímities sit  
virtútis Dei, et non ex no-  
bis.

R. br. Justus Dóminus,  
\* Et justítias diléxit. Ju-  
stus. V. Aequitátem vi-  
dit vultus ejus. Et justí-  
tias. Glória Patri. Justus.

V. Laudámini in nómine  
sancto ejus. R. Lætétur  
cor quæréntium Dómi-  
num.

**Ad Sextam**

Capit.

2 Cor. 4, 16

**P**ropter quod non deficiamus: sed licet is, qui foris est, noster homo corumpatur; tamen is, qui intus est, renovatur de die in diem.

R. br. Laudámini \* In nómine sancto ejus. Laudámini. V. Lætétur cor quæréntium Dóminum. In nómine. Glória Patri. Laudámini.

V. Quærite Dóminum, et confirmámini. R. Quærite faciém ejus semper.

**Ad Nonam**

Capit.

2 Cor. 4, 17

**I**d enim, quod in præ-sénti est momentáneum et leve tribulatiónis nostræ, supra modum in sublimitáte ætérnum gló-

riæ pondus operátur in nobis.

R. br. Quærite Dóminum, \* Et confirmámini. Quærite. V. Quærite faciém ejus semper. Et confirmámini. Glória Patri. Quærite Dóminum.

V. Memóriam abundantiæ suavitátis tuæ eructábunt. R. Et justítia tua, Dómine, exsultábunt.

Vesperæ a Cap. de sequenti (S. Claræ V.), Com. præcedentis:

Ant. Communicántes Christi passióibus gaudéte, ut et in revelatióne glóriæ ejus gaudeátis exsultántes.

V. Memóriam abundantiæ suavitátis tuæ eructábunt. R. Et justítia tua, Dómine, exsultábunt.

Oratio Da nobis, quæsumus, ut supra. 51\*

## Index alphabeticus

	pag.
Afræ et Sociarum Mm., duplex. 11 Augusti	46*
Aloisii Gonzagæ Conf., duplex. 21 Junii	23*
Bennonis Ep. et Conf., Patroni princ. Diœceseos. duplex I classis cum Octava communi. 16 Junii	6*
— — De II die infra Oct., semiduplex. 17 Junii	14*
— — De V die infra Oct., semiduplex. 20 Junii	19*
— — Octava, duplex majus. 23 Juni	23*
Bonifatii Ep. et Mart., duplex II classis. 5 Junii	6*
Brictii Ep. et Conf., Patroni minus princ. Diœceseos, duplex majus. 11 Julii	38*
Commemoratio Omnium Ss. S. Romanæ Ec- clesiæ Summorum Pontificum, dupl. maj. 3 Julii	26*
Donati Ep. et Mart., Patroni minus princ. Diœceseos, duplex majus. 7 Augusti	32*
Ephræm Syri, Diac., Conf. et Doct. duplex. 18 Junii	19*
Henrici Imp. Conf., duplex majus. 15 Julii	31*
Julianæ de Falconeriis Virg., duplex. 19 Junii	19*
Oswaldi Regis, Martyris, Commemoratio. 5 Augusti	31*
Ottonis Ep. et Conf., simplex. 9 Julii	37*
Paulini Ep. et Conf., duplex. 22 Junii	23*
Udalrici Ep. et Conf., duplex. 4 Julii	34*





